



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Procurator.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

4 Potest dispensare secum ex causa in suis legibus: nam sine causa peccat.

*Etiam cum alijs, si oriatur damnum, scandalum ve publicum, aut priuati. *Nau. c. 25. n. 5.*

5 Potest etiam legitimare filium suum, non vt pater, sed vt Princeps.

6 Potest ex causa rem vnius alteri dare, & locum Reip. communem sine populi consensu, proprium in vsum assumere, & reuocare suum contractum, & datum à se priuilegium, etiam remuneratorium. Cum autem requiritur causa iusta, vt aliquid facere possit, non ei credendum dicenti esse causam iustā, nisi appareat.

* Vide *Sylu. V. Princeps.*

7 Gubernator ciuitatis habetur loco Principis: itaque eius licentia, vel scientia supplet defectum cuiusuis solemnitatis.

8 Gubernare principaliter ob gloriam, aut diuitias, non est mortale.

9 Imperator potest esse Iudex in causa sui fisci.

PROCESSIO.

1 **I**N processione Corporis Christi nulla Reliquia gestatur.

2 Cum fit processio, pulsantur campanæ, ad excitandam populi deuotionem.

Procurator, vide Casus fortuitus, Iudiciales actus.

1. Procur-

Procurator ad negotia, potest alium instituere procuratorē. * *Syl. ver. Proc.*

De procuratore ad negotia multa *Mol. dist.*

Acta per procuratorem, dum ignoratur, facultatem reuocatā esse, valida sunt. *l. si mandatum. l. Inter causas ff. manda. Mol. d. 258. nu. 6.*

Promissio, vide Donatio.

Promissio obligat, nisi res sint ita mutatae, ut si cogitasses ita futurū, non promississes; aut si non habuisti animū te obligandi, sed solū proposuisti facere. Vix autē quis promittentiū obligari intendit, nisi iuret, aut faciat instrumētū. Itaq; cū dicūt, Faciā, intelligunt se facturos, nisi mutetur; volunt enim liberi esse. Qui autem animum habet promittendi, hoc ipso se obligat: si tamen promissionem non implet ex causa, quae sibi videtur rationabilis, nō peccat mortaliter, nisi alioqui sequeretur scandalum, aut grande proximi damnum; tunc enim, qui promisit, etiam de damno tenetur, quo solo casu quidam aiunt obligare promissionē ex iustitia, alioqui solū ex fidelitate, & sine obligatione restituendi. Potest, & quis promissum negare ei, qui quod sibi promisit, non praestat: item cū sibi est perniciosum praestare, aut ei cui promisit, inutile; aut is per ingratitudinē fiat indignus; aut si est promissio vi aut dolo extorta, & nō

Y 6. firmat